I. N. J.

DODECAS NONA

POSITIONUM

AD JUS FEUDALE.

de qvibus

PRÆSIDE

WILHELMO LEISERO,

J. U. D. & P. P.

diſputabit publicè

NICOL. ANDREAS POMPEIUS,

Witt. Sax.

In Auditorio JCtorum.

a. d. 21. Maji. Horis antemerid.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

WITTEBERGÆ,
Imprimebat JOHANNES. HAKE. 1670.

I.

Ad I. Feud.10.

JUs Feudale ſcriptum ad novæ Inveſtituræ probationem aliis teſtibus, qvam Paribus Curiæ, uti non permittit.

II.

Idem tamen cum Jure civili in eo convenit, qvod Actore non probante reum abſolvit.

III.

Cui Jure Feudali juramentum defertur, ei ita illud delatum intelligitur, ut cum XII. Sacramentalibus juret.

IV.

Qvando Gvardianus vel Gaſtaldus nihil aliud

pro

pro ſe allegat, qvàm poſſeſſionem, ſimpliciter condemnandus eſt, ut reſtituat, nec domino tunc juramentum deferri debet. Idem in eo, ad qvem primùm pignoris jure rem perveniſſe conſtat. *Ad. I. Feud. 11.*

V.

Feudum in dubio novum non paternum, præſumitur. *Ad I. Feud. 12.*

VI.

Ex textibus Feudalibus probari non poteſt, rem per libellum datam ad hæredes extraneos accipientis non tranſire. *Ad I. Feud. 13.*

VII.

Feudo ad Dominum reverſo ſubfeudum extingvitur.

VIII.

Feudum regale ex uſu Juris feudalis ſcripti appellatur omne, qvod immediatè ab Imperatore tenetur. *Ad I. Feud. 14. Pr.*

IX. Ho-

IX.

Hodie feudum nullum nobilitat.

X.

Ad.§.1. Jus Feudale ſcriptum tres tantum Vaſallorum ordines, qvorum poſteriores duo propriè ſubvaſalli ſunt, novit: non plures, nec pauciores.

XI.

Ad §.2. Qvod feudo à duobus fratribus unâ Inveſtiturâ qvæſito, altero mortuo, dominus non frater ſuccedit, in eo à principiis Juris civilis Jus feudale abit.

XII.

Ad I. Feud. 15. In feudo proprio, qvod ex ſingulari pacto ad fœminam pervênit, filii ſuccedunt excluſis agnatis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA ... EMANUELE

Vaſallo-
roprié
iores.

reſti-
ater
uda-

ſto
a-

IX.

Hodie feudum nullum nobilitat.

X.

Ad.§.1. Jus Feudale ſcriptum tres tantum Vaſallorum ordines, qvorum poſteriores duo propriè ſubvaſalli ſunt, novit: non plures, nec pauciores.

XI.

Ad §.2. Qvod feudo à duobus fratribus unâ Inveſtiturâ qvæſito, altero mortuo, dominus non frater ſuccedit, in eo à principiis Juris civilis Jus feudale abit.

XII.

Ad I. Feud. 15. In feudo proprio, qvod ex ſingulari pacto ad fœminam pervênit, filii ſuccedunt excluſis agnatis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE